uenire te/qui pollicitatõe multa hinc abiens ꝙ sepe scriberes: me p̃
uenisti. Castigabis igit morã/ne te oblite fidei arguã/aut cõtẽpte
Nã vtrũq virtute tua ẽ indignũ sed vnũ certe instantissime peto:
ꝙ prioribus litteris meis omino respondeas: quod nisi feceris: ob
seruantiã erga te meã/datamq fidem/non solum negligis ymmo
contemnis. Rogo igitur ꝙ tuis occupationibus tantillũ tempis
subducas: ꝙ veteri amicicie cõdonare digneris: amorẽq nostrum
litteris confoueas: eiq indies aliquid addas in cumulũ. Nam si
ad queq ego alterũ/tpis vnq̃ libens scripsi: ad te certe libentissĩe.

qui tamen cogor temporis pcissimus esse vix enim spaciū somni/ci//
bicꝫ sumendi habeo/ quo grauius mihi sp fuit tot lr̄as rn̄so indig
nas mittere. prioribꝰ igit lr̄is rn̄deas (velim) in reliquū q̄ꝫ tempo//
ris (si materia sibi scribendi desit) id saltē scribito. salue. valeo ami
ce/ eḡ teqꝫ valere cupio/ ne ī nos id vulgatissimū cadat semotꝰ ab
oculis/ semotus a corde. Uale fi. do. ne fiā (q̄ꝫ p est) plixior.

Rogatur nepos vt diligentiā faciat qd̄ rogan ti de bona ancilla prouideatur.

Salutes astris/ et plures splendidiores. qr id fidei in te habeo (ca//
rissime nepos) te vicꝫ nō futurū vnquā/ vel vinculi sanguinis aut
veteris amoris neglectorē. hinc a te nunc scribo multa pce rogan//
do/ qꝫ mihi de ancilla pspicias. vt tn̄ longe inquisitōis labor absit
loqui poteris cū vxore custodis/ q̄ se huiuscemodi rebus immiscet
In quibus ei tam versatile ingenij acumē est/ vt eius artificij ma
gistras omnes/ post terga relinquat: Ea enī ancilla quā iam ha//
beo bona certe puella est/ quicquid ei dicitur mitissime fert/ nō in//
dignatur/ non irascitur/ non in querelas erumpit Sed latet nescio
quid/ cuius veritatem dies breui aperiet. amore enī (iudicio meo)
furit et ardet/ quem silentio tegere nequit/ nec flammas sui estus/
inter pectus cohibere. Flet suspirat/ loquitur narrat assidue/ vt as
siduitate narrandi/ vel amoris sui solatiū capiat vel refrigeria im
mensi amoris assumat. Que si sermonem aut basilicam visitat/ pe
de post pedem molliter posito vsqꝫ adeo lente procedit. vt potius
serpere q̄ꝫ ire videatur/ sed si ad decimū vicum coreā sciuerit/ mox
cursu et saltu/ leta/ et plaudens iter percurrit/ tanq̄m e vinculis euo
laret. Uale fortuna felici. Ex parisius tarde dum nox tenebras in
duxerat orbi/ candela deficit/ candelabrum autem tenuissimo lu//
mine flammula lambit vix tue subscripsero luminis et epistole idē
est finis.

Ad predictam epistolam responsio

Salutem in eo/ sine quo salus esse non potest. Qd̄ hortaris p me
fieri (dignissime vir) mox deo fauente nō minꝰ diligēter q̄ꝫ libenter
cōplere conabor. nā fauor in me tuꝰ vndicꝫ prima frōte micat nec
te cariorē habeo. nec fidētiorē quēq̄ꝫ. At qꝫ ego ex adūso tuꝰ sum
diu fidē dedi/ pmissionis quidē mee/ pignꝰ et arrā. Sed ne momen
tula q̄m par est longius terrā. hoc rn̄sionis mee caput est. Loquax
cū vxore custodis/ id spei qd̄ ex ea traxero/ ad bidūū lr̄is meis de//
uelabo. Facit hꝰ odor boni nōis tui/ q̄ nedū ad nos sed vndicꝫ dif//

funditur. q facile inueneris id quod optas/qui dū queris nō min⁹ quereris/atq facilius inuenies q̃ inueneris/ cū fulgeant in te vir/tutis dotes eximie/earūq fulgore sic decoraris/ vt dignū te exhibeas/cui oīs vtriusq sexus tibi cupiat famulari. Uale cogor breui/loquus esse. Cetera aūt in tp̄s aliud reseruo. iā sellātur inhiātq eq̄ me o bnuptias fris vecturū bruxcellas. Uereor me dies me defici/at/q̄ dies (vt plauti verbū ē) ad vmbilicū vsq dimidiat⁹ ē. Exant uerpia octobris die penl. ocius/q̄ȝ fundat lumīa phebus.

Amicus rogatur vt fide iubeat pro amico.

Plurime salutis longā constantiā. Quia apud te (amice colēde) irritū nunq̄ȝ mihi votū neq vacua supplicatio fuit. Hinc ad te poti⁹ vbi specialior fiducia speciali⁹ recurro/rogans prece cū maxia/ vt ad q̄ngentos vsq aureos ꝑ me sponsorē te efficias qui de indēnitate securitatē p̄stabo/vt tibi/ ꝛ tuis satis erit. Officiū eni recep torie amicoꝝ iuramēto sum assecut⁹. sed manū administratōi inserere/ donec hec fideiussio solitis formis sit expleta. Rursus igitur subnixe dep̄cor/ꝑ amiciciā tuā/magnū mihi salutis p̄ciū/si vnq̄ȝ vllū apud te locū p̄ces mee habiture sint ne mihi iam desis in hac re/ quā absq tuo detrimento in magnū meū p̄sidiū efficere potes. Quod si feceris/ firme teneas/nullā rem tā arduā esse q̄ non putabo leuissimā. modo intelligā in aliquo officiū meū tibi posse pro/desse. Uerū pl⁹ dixero (velim) nō me aliū putes/q̄ qui ꝑ dignitate tua vitā ꝑfunderet. sed certe iā sentio/q̄ graue sit homini pudenti petere ab eo de q̄ se bene meritū putat/ne id quod petat exigere magis q̄ȝ rogare/ ꝛ in mercedis poti⁹ q̄ȝ beneficij loco nūerare videat. Uale in summo lucis aurore. cogor ab vlteriori cursu pennā cohibere succedit nā vmbra noctisq ꝑfundū.

Paret amicus desideriis

Plurimaꝝ salutū ꝑfundū aceruū. Accepi tuas litteras fidētissiē vir/amoris ꝛ fidei plenas. Gaudeo plurimū q iā aliq̄ petiuisti/q̄ valeā afficere. sed magis q inuacillāter in me sperauisti/ ꝛ (q tādē placuit post habitis aliis amicis tuis omib ad me tua tota deflectere. Cū igit optīe vir inter vere viuētes nemo hodie sit/cui amicicie locū priorē faciā/nō est tā ope teges. Prius a solis occasu nascetur dies / priusq etiam nox media / solem videbit quam ego/ tuis defuero desideriis Uidero semper ego/ne vnquā in me spem habebis inanem/qui nunq̄ȝ aliud in me q̄ȝ amoris atq officij signa cōnotabis/ nec quicq̄ȝ petere ex me poteris quod meis virib

ſuberit/ in q̄ nō expectationē/re/ aīo/ ⁊ diligētia facile vicero. Nō igitur pro tuo. ꝯmodo hac cū fideiuſſione facere poſſim firmū habeto/ neq̄ʒ tā tuū agnoſcito/ vt nō tā pollicē tuo pugillo/ q̄ʒ me totū poſſis includere. Uale in eo q̄ oīa donat ⁊ aufert. Ex motib⁹ auguſti/ die decīa/ adeo mane/ vt vix ceperat candere dies/ nube noctis expulſa.

Frater ex burgis ſuo fratri Louanii ſtudenti.

Gaudioꝝ nroꝝ manipulū ſaltē vſq̄ʒ ad vnū p ſalute. Miramur frater care/ quid te p̄t remorari/ q̄ ad illuſtriſſimi dn̄i noſtri ducis ſolēniſſimas nuptias nō ꝯpes/ q̄ꝝ primas heri letiſſimus dies actus eſt/ vbi tantus fuit tanquā ineffabilis oīm rerū ſplendor/ q̄ntus potuit omnibus ingenijs in vnū conflatis perfici omnia ſunt hic gaudio plena/ plauſus vndiq̄ʒ aera replent/ ethera pulſant/ videnturq̄ʒ non homines modo/ ſed muri/ tecta/ ⁊ pauimenta leticiam miram reſonare. Haſtiludia torneamenta / omniū quoq̄ʒ generū ludi abſq̄ʒ inter cupidine fiunt. Nihil muſicū eſt qđ illic non reſonet. puelle trahunt ſine fine coreas. Hic bachus hic ceres/ hic aromata ſpirāt/ cuncti replentur odore. longus menſarum ordo/ tanta dapum/ vinorūq̄ʒ congeſtio/ quantā nemo facile dicet. Mirum ē videre ſtratos vndiq̄ʒ pannos/ tapeta illa pulcerrima (ſi q̄d vetuſtate ſqualet) tegentia. viuas vndiq̄ʒ ⁊ ſpirantes ſtatuas/ conſtructis in tabernaculis/ quas deorum vultus effingere dicas. Inter omnia tamen nihil aſpectu ornatius/ nihilq̄ʒ iocundius eſt/ q̄ꝫ a noſtro ſereniſſimo ſponſo letis oculis ſuā inclitā ſponſam inſpicientem mira pulcritudine fulgentem multe prolis pulcre minacem. qui quocūq̄ʒ prodeunt/ non minus omniū oculos poſt ſe trahunt q̄m propriorū corporum vmbras. qui oculi intuendo ſatiari non poſſunt: tanto enim fulgore gemmarum ⁊ auri perculſi ſunt/ ac ſolis eſtiuos in radios deflecterentur. Non feneſtre nō vici/ nō theatrum/ ſatis ſunt inſpectoribus. nituntur ductilibus muris / tectis/ ⁊ ſcalis. non tantus hominū confluxus adeſt/ vt opiduʒ noſtrum burgenſe multitudini conuentus vix ſuffecturum videat̄. Te igit̄ hortatū oratūq̄ʒ velimus/ huc poſthabitis omnib⁹ acceleres/ plurib⁹ dieb⁹ ſemꝑ (ſi quid addi poterit/ creſcente nitore) nuptiarū celebritas erit. Uidebis ſic tuis oculis nunq̄ʒ letiora ſpectacula inſpecturis. qđ verbis equare nō poſſumus. Ueni ergo dilecte veni/ q̄ꝺ niſi feceris te q̄ ad vixeris lucifuguʒ dicemus/ noctue ſilem / luminis hoſtē. optamus/ valeas/ gaudeas ad lucē ꝓdeas/ atq̄ʒ nobiſcum his letis in nuptijs/ leta tempꝰa ducas.

Alia epiſtola ſub alia forma ad eandē ſentētiā

Noſtri gaudij portiūculā vnā/loco ſalutis. Neſcimꝰ (frater opti
me) quonā iā tenearis cōpede/ q̄ his illuſtriſſimi principis noſtri
ſplendiſſimis nuptijs potes abeſſe/ vbi tantus ſumptus eſt/ nitor/
⁊ glīa/ vt magnitudine rei oīa verba ſupent prius celi ſidera/ ⁊
maris numeraſſemus arenas/ q̄ꝫ immenſos illos expſſerimꝰ ap/
paratus/ tanta arte eouſqꝫ progreſſa ꝯſtructos/ q̄ potuit ingeniuꝫ
humanū leuari. Qd ſi mille ſeculis viuas/ ⁊ ſecula ſeculis aggre/
gent/ nunq̄ꝫ fueris tā arcto pago/ tā paruo momento tot ornatus
ꝯſpecturus neqꝫ tātā vnq̄ꝫ melodiā mimoꝝ/ tubicinū/ hyſtrionū
auditurus. Nullus ē ciuis qui nō ſtudeat ornatui quiddā addere
vnus tapeta figit. alter ramos pendit/ alij herbas ſternūt/ alij flo/
res iaciunt/ alij tabernacula ſtruunt/ inuiſaqꝫ ſpectacula formant.
Que ſi oīa pergimus dicere/ citius tempe carebimus/ q̄ꝫ aīmo/
citius verbis q̄ꝫ rebus. Maiora oīa ſunt/ q̄ꝫ pleno calamo funde/
re poſſumus vl' mobili lingua depromere. nam vt oēm veſtiū or/
natū/ omneſqꝫ argenti ⁊ auri fulgores ex fibulis balteis monilibꝫ
amittamus/ non videmus quo mediā vinorū/ ferculorūqꝫ parteꝫ
poſſimus attingere/ q̄ntus ſcꝫ fuerit ipoꝝ coquoꝝ cum arte labor/
q̄ꝫ varia ſalſamenta/ q̄ꝫ longa menſarum ſtructura/ fuiſſes vix au
ſus dicere tot aurea vaſa/ tot p̄cioſiſſima pocula tota regione ſup/
eſſe totqꝫ turdos/ ficedulas/ capones/ perdices/ faſionos. pauones
ceteraqꝫ aīalia guſtui grata/ annū vnū dare potuiſſe. qui nō vidit
facile crediturus eſt. tu igitur feſtinās propera/ tolle omne plūbuꝫ
ex pede potius indue plumas ⁊ alas/ noſtrū locū non tam curſu q̄ꝫ
volatu petēdo. Uale ex burgis iulij quarta plurimū tarde inter le/
tiſſimas plauſus/ tedis facientibꝫ dieſcere noctem.

Amicꝰ rogatur vt equos duos cōmodato mit

tat amico ambaſiatā acturo.

Salutē qua intimiorē nec vſq̄ꝫ nec vnq̄m penna depinxit. Inte/
gerrimus ille amor (amice ſincero corde dilecte) in tua quondā mo
re contractus/ quē in te geſſi tpe longo. quem nulla res q̄m virtus
tua ꝓuocauit. his p̄cibꝫ meis primā ſpem dedit ꝓximā autē q̄ te ꝓ
clariſſima prudentia tua facile ponderatū exiſtimo/ q̄m iuſta neceſ
ſariaqꝫ/ ratō me ad ſuꝑplicanduꝫ induxit. Mandato illuſtriſſimi
pricipis noſtri cogor (vt ambaſiator) regē polonie accedere/ me q̄ꝫ
itineri ante triduū attingere. Quo nihil mihi ſupeſt temporis/ vt
de equis/ veſtibus/ alijſqꝫ requiſitis/ vtcūqꝫ mihi poſſim ꝓſpicere

Unde decreui ad amicoꝝ opē ↄfugere/eosq; p̄cibꝫ iaꝫ magis one
rare/ad qđ me ↄpellit necessitas/nō natura. Illo enī semꝑ singula
ri fato extiti/ vt mea libentiꝰ in amicos transfuderim/ q̄ quicq̄ ab
eis exhauserim. Te igit̄ ꝑ veteri amicicia rogo/ duos mihi ex equis
tuis fortis et celeres venu/vel ↄmodo dimittas/decreto tuo stabo
facturus qđ ipe iusseris. Honor iam meꝰ casurꝰ est/nisi tuis hume
ris fultus sit. Si igitur qđ est vnq̄ apud te magno studio cōtende
rim/ nuncnūc vehemētius supplico in hac inopia necessitate mihi
succurras. Qđ iteꝝ atq; iteꝝ rogo/non quidē meritis meis/ sed ex
tua virtute sumpta fiducia. Qđ si feceris polliceor me fore/nō mo
do ꝑatum veꝝ ꝑ cupidū placere/ obtꝑare morē deniq; gerere tibi/
si qn̄ erit/quo potero tuis votis ↄplacere/qui nunq; me inueneris
facti fauorisq; immemorē. Vale felix sub facto benigno/ virtuteq;
diues nummis ⁊ annis.

Responsio negatiua ad predicta

Abundam salutis affluentiā. Accepi tuas lr̄as/ quarū tenorē me
moria habes. Sed vt plane loquar/ te vno (bone vir) nemo est in
ↄcedendo vel ꝑmittendo liberalior/ in reddendo aūt nemo rursus
ↄtractior. Sepe a me petisti/petitaq; creberrime cōsecutus est/ sed
beneficia q̄ in te contuli/obliuione ↄpensasti. q̄ beneficiorū nouer
ca est. Vellē tibi esset postulatio rarior/vel meritorū firmior/tena
ciorq; memoria. Nihil enī iustius censeo/ q̄ collata obsequia gra
ta memoria cōpensare. Scis ꝙ adhuc sponsor ego ꝑ te sim/ nec re
dimere curauisti. eamq; etiā pecuniaꝫ/quā in egentia tua/ex facili
manu mea recepisti/ clausa nunc ↄtractaq; manu restituere differs
tantis p̄cibꝫ/tantisq; lr̄is meis/te req̄situs. Tua enī necessitas ma
gna patulas meas aures reperit/sed egētia postea mihi suborta ad
repetendū me coartans/nullum in aure tua foramen inuenit. So
lutionē ꝑtrahis/ in longūq; reijcis/ quā fore ꝑ breuē ꝑmisisti. neq;
curas fidem illaꝫ quā verbis tuis obtulisti/ iusta solutiōe ↄfirma
re. Non possū igitur videre qđ aliud verbis/ qđ nouis iam p̄cibꝫ
tuis conaris. q; loco rerū/vmbras vel fumū vendere/ q̄ potius ver
bis vt vento q; vt rerū signis vsus es/ nosti enī q̄ntuꝫ verboꝝ po
licendo ↄsumpseris/ ⁊ q; parua nūc p̄stas robora verbis/ quoꝝ si
partior veritatisq; largior fuisses/ tue iam petitioni no deessē/ sed
oīm que dicere volo/ caput est/ nō velle me vlteriori ludificatione
cōduci. Vale igit̄ diligenterq; cura/ne solutionē remoreris. quod
nisi feceris tecū in ius ibo/ nec est qui secus suadeat. Tu tamē pro
tua prudentia/quod optimum factu sit videbis.

Epistola iocosa speciosa sup omissiōe scriptōis

Immensas largissimo corde salutes. Tu p̄ ceteris vir optīe maxi
me nosti: q vrbe roma iā ipe consenui: vbi nichil mihi tpis p̄terijt
vnq̄m / quo nō sollicitus ego de te / deqꝫ tuo statu inquirerē. Scri-
psi ad te lr̄as multas / quarū paucissimas vidi responsiones meru
isse: de quo nō parū in mente consternor. nescius si hunc defectum
nunciorꝝ fallacijs iustius adscripsero: vel potius curis que pectora
humana sic a memoria seiungūt q patrē filij / fratrē fratres / amicū
amici quandoqꝫ reddunt immemores. vel forte (qđ oīm maxime
vereor) tue dignitatis altitudo te magis a me reddidit alienū nam
priusq̄ꝫ leuaueris sepe scripsisti: semꝑqꝫ mea ad vota celerē pedē cō
tulisti. Jam autē infriguisti: non aliter q̄ꝫ hibernis in alpiū niui-
bus anno sepult⁹ iacuisses. Rogo igitur te qui corꝑe declinas vt
vigilantia surgas. ageqꝫ oracij consilio / dum tua iam nauis in al-
to est amiciciarū anchorā fige: ne mutata retrorsum te ferat vnda:
ego autem videro q ibi anchora fuero qui te tanto amore tenebo
vt abire nequeas. Sꝫ ioco post habito amice carissime / nihil om
nino supest: qđ mihi gratius acceptiusq̄ꝫ possis efficere q̄ꝫ q creber
rime scribas longiori mora reiecta / statūqꝫ tuū mihi notifica / alia
munera non deposco. Satis enī valeo satisqꝫ oīb⁹ bonis plenus
sum si te vigere sciā / statu secūdo in quo te seruet qui solus id pōt.
Ex vrbe roma octobris luce penultima.

Respōsio cū detestatiōe suspitōis. cadentis in

Salutes multa cū felicitate sublimes. Quisq̄s ille / amicicia.
fuerit (amice dilecte) q̄ de amico suspicari incipit: iā his desinit esse
amic⁹ seu qđ poti⁹ crediderim nunq̄m fuit: q̄ nō fides sublata cre
dit / sed fictior. amicicie enī venenū suspicio ē. Neqꝫ vnq̄m q̄s sa-
tis dixerit q̄ꝫ sꝑ ip̄a noceat Ubi aūt suspicio cadit: fit amor tremu
lus ruine ꝓpinqu⁹. Qđ enī tā molli puluere scriptū ē: facili vento
deluit. Uir q̄cqꝫ est ab amicicia alienius / ip̄a diffidentia. Nō cer
te mihi scribendi desidiā impinges: si te bene inspexeris. Sed ne-
scio quo faceto lepidoqꝫ sale ludere ꝯsuesti: q̄ qđ maxime forte vis
dicere (id studeas leto quodā verbo tegumento ⁊ blando cōterere
risu. q̄si ioco dixeris: qđ tamē serio animū tuū prurit ⁊ angit Sed
eat hec res (vt aiūt) pedib⁹ / suis ego tn̄ (hercule) raputo me illū eē:
q̄ se nulli in amicicijs / officijsqꝫ cessurū fatebitur. Ne quidē illi: si
quis talis vnq̄m fuit: aut vsq̄m est qui om̄es amiciciarꝫ habenas
ꝑpetuas: stabiles / incussasqꝫ seruarit. possentqꝫ citius celū astra-

q̄ omnia mutari: q̄ tu de mea mente depelli. Frater tuus sanus ē: qui aduenit his necdū clausis/sed penna meante. petitq̄ tibi commendari dicitq̄ te breui ad nos rediturū. vbi autē veneris vsq̄ ad diurnā stellā crastinā potabim⁹ vt plaut⁹ inq̄t. finē do. Uale nox ꝑerat: et (vt marcial' loq̄t) iā splendēt merso fulgētia sidera phebo.

Scribitur vicario epi pro iuuamine. vt episcopus curam conseruet.

Multarū salutū fecundū affluxū. Ita nūc tpus (cordialis amice) se offert: vt ego te prius rogare cogor q̄ prius rogari maluissem. nisi tū tali esses: tātaq̄ virtute/ vt humana oīa infra te duceres: intelligeresq̄ nihil magis esse hoīm ꝓpriū q̄ bn̄facere vel ignotis. subdubitarē prorsus quicq̄ bn̄ficij abs te petere quo mihi vnq̄ meritus sum. Sed cū vna oīm voce mihi notissimū sit: te aīmo esse perbenigno/maiori cū fiducia tuas en pulso fores/q̄s mihi facile aptum iri nō dubito. Curatus meus hac die vita defungitur: soluitq̄ nature qđ debuit. Cuius dignet̄ misereri altissim⁹. Collatio cure vagantis pleno iure cōpetit reuerendo in xp̄o pr̄i nr̄o episcopo/ cui⁹ in oculis tāta auctoritate vales et gr̄a/vt plene ꝯfidā mox fore vt ꝯficiat̄ qđ cupio. mō aduigilare dignaber̄. exerceat se (rogo) virtus iā tua oīm viroꝝ promotrix semꝑ atq̄ leuatrix/ vt possim ī gr̄a nostri antistitis te agente sic collocari: in qua tū me esse cōfido: vt dictā curā mihi ꝯferre dignet̄. Hoc q̄ gr̄e munus/ac vice mihi benigniter impendat. Itaq̄ rursus te etiā/atq̄ etiā rogo: vt qđ abs te peto tā sūm ope q̄ celerius fieri poterit: effectū reddas. Satis tū/ supq̄ satis feceris: si diligentiā pstiteris. nō enī diligētia min⁹ laudi ducit̄ q̄ euentus. qđ si id fauoris mihi prestiteris senties ꝑ me diē nō gestare me aīmū ad grās referendas inertē sp̄q̄ ostendā tibi ꝑpetua obligatōe teneri. Uale omīb⁹ tuis in negocijs flatu felici et sorte fecunda.

Uicari⁹ r̄fidet cū oblatōe diligētie. et spe voti

Salutē et si quid ea q̄ras optare felici⁹. Et si mihi (vir ꝯseq̄ndi eloq̄ntissime) ocularis noticie parū/verbi nihil tecū vnq̄m fuerit fecit tū h̄ tui clarissimi noīs optīa fama/q' tui promotioni efficiat: nō secus ac frater esses: qui (qđ hoī insil' raro dat̄) natura q̄dē diceris esse ditissima clarissimisq̄ artib⁹ eloq̄ntia q̄ summa et pulcris aīmi dotibus ornatus. predicaris enim vndiq̄ dignus pro tuis maximis/plēdidissimisq̄ meritis quem omnes diligant: amēt obseruēt: venerent̄ Perdocti enī repiunt̄ ꝑsepe multi: sed qui idē et ia

genio polleat/ ſcīa/virtute/ ⁊ eloquio eoꝝ eſt in numero collocan/
dus/quoꝝ raritas cū fenice cōꝑatur. Latius loq̄rer ſi ad aliū quē
piā de te mihi ſmo eſſet. Nō putabis/ velim hec adulanter me ſcri
bere. nō enī moris eſt mei hoīm fauores blandienter adulando e/
mūgere/ aut vendere laudes ad ponderandū. hoc tamen ſecuris ti
bi verbis affirmo ꝙ ad me nūc ſcripſeris ſapienter vtiq̄ feciſti. ſi
ↄſilio/ feliciter ſi caſu. Jā accedo (poſt habitis oīb) dn̄m nr̄m epi/
ſcopū q̄ oīm virtutū pleniſſim⁹ ipe/ illos cariores habet q̄ clamo/
ri fulgent lumine meritorū. Conabor ego apud eū nomē ꝑ ſe ſatis
illuſtre multo ſermone illuſtrare manſurus tue fame laudator ſp
⁊ auctor. faciāq̄ (ſi vires erunt) te voti tui ↄpotē. Det de⁹ nr̄as dili
gentias ↄſpici bonis (vt aiūt) auib. Si q̄d ampli⁹ velis alatū me
numer. Tu interea ſꝑata valitudie potiare. //vniūſitatē veīat.

Jnuitatur soci⁹ a ſocio vt in ſequēdo ꝓmiſſa ad

ꝑlimarū ſalutū cordialē applauſum. Dū hic nūcius (ſociorū cha
riſſime) ad te iterū ſe diceret/ ex aīmo cecidit tediū/ ⁊ ſomn⁹ ex ocul/
quē abſcedere nō ꝑmiſi/ q̄ nō lr̄aꝝ aliq̄d ad te latur⁹ eſſet. ſi tn̄ ſci/
res qn̄ ⁊ vbi hec ſcribo/ ipa tpis ⁊ loci facies/ breuitatem excuſaret.
Facileq̄ et videres (ſic venia dicto) ꝙ te in amicicia vici/ ⁊ in amo
re ſuꝑaui. Turbor enī abſentia tui q̄ abſentia mei nō mouer. Sa
ne cū inter multa q̄ abeūti mihi pollicebaris/ h̄ eſſet extremū ꝙ q̄z
primū retroſpiciēs/ te videre a tergo ſeq̄ntē/ qd̄ q̄r nondū adipleſti
ſi nō ſat te trahat aīcicia moueat te ſaltē lr̄aꝝ ꝓfect⁹ vberrim⁹ quē
in vniūſitatib ab oīb q̄ri ↄſueuit. Ad vltimū q̄z/ ſi nihil hoꝝ te
incitare poterit/ tādē id pudor efficiat/ quod rō pri⁹ debuiſſet. Tu
grāmatice ſꝑ incūbis q̄ nō digna ē/ in qua nobile ſeneſcat ingeniū
trāſit⁹ illic ē nō termin⁹. Tuū ingeniū/ tuaq̄ etas altiora poſtulāt
Sequere igit̄ (vt promiſiſti) inuenies me pariſi⁹ in collegio burgū
die/ vbi locū amplū videbis/ non minus placentē q̄z patentē bono
rū ſcolariū largo numero decoratū/ plenūq̄ hominis p̄ceptorib
neq̄ minus bonis doctrinis ⁊ moribus boniſq̄ alimentis refertū
oīa mihi ad votū ibūt/ ſi tu mihi in ſtudio/ in camera/ in lecto/ fie
ri velis ↄſodalis. quod vt facias/ rogo ⁊ ↄſulo. Jta enim fraterno
amore (qui oēm amorē exuꝑat) viuem⁹/ vt nec me ↄſuluiſſet nec te
penitebit paruiſſe. camerā iā ſolā habeo te expectantē/ paruā tn̄/ ſ
quob vnū animū hn̄tib null⁹ locus eſt anguſtus. Plen⁹ eſt ani
mus/ neſcio finē inuenire/ ſed ſentio me tui amore lōgius q̄z deſtia
tā ꝓceſſiſſe. Ua. igit̄ illudq̄ oratianū ex me grate ſuſcipito tecū vi/

uere amen tecū obeā libens. Ex parisius iulij die septima.

Respondet socius socio se prius in grāmatice firmius velle fundari/ priusq̄ꝫ adeat vniuersitatē.

Largissimas animo iocūdo salutes. Nō facile crediderís (ornatissime frater) q̄s aīmo dolores ꝑtuli/ qui a tua mihi carendū fuit presentia. qm̄ beniuolentia in me tua certius mihi nihil est. eā eni benignitatē quā tuis lrīs tam alacri animo polliceris/ libēter audio/ amplectorq̄ꝫ libētius/ sed ꝙ sponsionē meā nō implerim (cuiꝰ tuis litteris meministi) ad quā amor tui calcar dedit/ sed ratio frenū id erat in causa ꝙ esse debuit rerū meaꝝ iustior iudex. Dū eni oculos in me cōuerto/ aspicio me ꝑce nimis atq̄ꝫ tenuiter in grāmatica esse fundatū/ satisq̄ꝫ etiā didici relatu prudentū multos in altioribus scientijs ab vniuersitate/ sed grāmaticos per paucos bonos euasisse sed eam grāmaticam in scolis (quas ꝑticulares appellant) longe perfectius faciliusq̄ꝫ acquiri posse. quia igit quelibet res suo loco suaq̄ꝫ sede querenda est. hinc te sequi ad tp̄s distuli/ nec renui Scis eni grāmaticā ad om̄s scīas necessariā. que (Quintili teste) nisi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit/ mox corruit quicquid struxerit. Tardus conceptu sum/ ingenioq̄ꝫ frigidus/ cui pōt nihil festino cursu infundi (more vasculoꝝ oris angusti) que supfusam humoris copiā respuūt/ sensim autem influentibꝫ vel etiam instillatis cōplent. sic optime frater habēda mihi ratio ē/ capacitatis mee/ quā mihi natura ꝑca manu ꝓtulit. qui nunq̄ꝫ potui oīno aut eq̄ atq̄ꝫ tu/ aut etiā proxime proficere vel laborare. Uale si q̄ddā per me fieri optabis/ vt seruo me vtere. labor mandādi tuꝰ/ parendi dilectio mea est. ꝛ parcito (queso) inepte. Loquor eni vt verba in buccā cadunt/ scriboq̄ꝫ semper vt eadē in cuspide calami oriunt sentētiā aspicio/ parui habens verboꝝ facecias vel quo ornatu cōnectant mō clarū sensum aptūq̄ꝫ pandāt aīmū. Ex. L. volatu hirūdinis celerius/ augusti sole decima

Dantur gratie de honesta tractatione nuncii quietiam describitur secretoꝝ esse vulgator.

Successus letissimos pro salute. Magnꝰ scribēdi conatꝰ ordinē nō habet. amor tacere nescit. impetꝰ q̄ꝫ ipe eloq̄ntiā non admittit. Nō mitaberis (igit fidissīe vir) si hec oīa ꝑiter iuncta/ confusionē pariant. Sed (ne te verbis diutius trahā) habeto hec pauca de plurimis/ ꝙ magnus mihi in primis leticie cumulus accreuit/ quē nullis equauero verbis/ quia mei honoris gratia nūciū meū mlta

hylaritate tractauisti; qua ex re me tibi obligatiorē teneo; q̄ si in p-sonā meā longe maiore ɔtulisses; quo sibi fact⁹ es ipa luce carior; cui⁹ aīm⁹ in te adeo incaluit; vt vix verbū exprimat cui nō mox nomen tuū illi immisceat; ita vt videatᷣ more aliquorū animaliū vnicam in vocē edoctus / elinguis ad reliqua / te angelū faciet si longius pcesserit. Js te clamat; is te p̄dicat; ⁊ te celotenus effert. Simplex eit. ver⁹ tñ ⁊ fidus est. sed parū a tullio; minusq₃ a palade doctus nō secreti tenax. mlta enī noua dicit; que ex te audiuisse refert; eaq₃ spargit / vt prodigus nūmos. Parū videtᷣ abesse a rimosa lagena; q̄ qđ sursum accepit / mox reddit in basso. Linguā habet tanta puritate ɔfectā / vt nihil externi sup eā valeat residere; q̄ in auditis hoc efficit qđ solet in puluere ventus. Ob errant; vbiq₃ verba q̄ mei nūcij buccis infundūtur; si sibi eius linguā pro lectulo / atq₃ eius os p hospicio deputant. vbi ne vlli vnq̄m pmissum est vl' quiuisse vel pnoctasse. Uale. ⁊ si quid ex me petere dignaberis; promptum me semper inueneris; atq₃ volentē. Ex bononia Kalendas marcias tercia / eo mane (vt claudianus inquit) dū matudinus p̄sudat solib⁹ ether.

Dolet amicus quod amici sui tepuerit amicicia / qđ suspicatᷣ ex ɔuersatōe cū emulo euenisse.

Altos ad cumulos vsq₃ salutes. Sperauerā tantā₃ inte vim amoris renauisse (charissime adolescens) q̄ tuā absentiā (quam sine dolore ferre nō potui) tui saltem litteris placitam redderes atq₃ ferendā₃. Neglector mei esse videris. qui quottidie torqueor meditatione tui / sed nescio an id in causa sit q̄ verseris cum quodam quottidie / quem inuisum habeo; vt mihi nō acerbum putem; quod mihi commune cum illo est. Fecit mihi qđ nō amico fieri debuit; ne inimico quidem. oppugnator alterius fame / negligens sue qui de ptinacia legem / facit et de voluntate decretum. Sed latret ipse more suo ⁊ veluti sus in luto grunniat. illepidaq₃ blacteratōne raucisēcat ⁊ suo mugitu mare celo confundat. eius tamen freneticam vosaniam non plurisfacio q̄ magna curant flumina nymbos. Multos in me concitauit; quibus ne velim indignari; qui indignū reor in ramulos incandescere; qui decusso trunco in trunci casu desidunt. ab hoc enī tanq̄ ab in humano homine / ⁊ quasi ex tigriū et ferarū sanguine nato; nunq̄ parem obtinere valui. deum tamē in iudicē voco vt me viuū vermibus prestet in escam / et animā supplico diro in secl'o eterno detineat; si de me p eum impositis aliquid vnq̄

venit in mentē. Tue igitur virtutis inspecto candore intime rogo: ne tuus in me pristinus amoris radius sole micantior/ huius emuli mei mēdosa nube fuscetur cū mihi te sine nihil dulce est: q te sp mentē gesto: gesturusq quād vixero: q nō philogetes herculi carior erat: neq agyron achilli. Va. oī flore florētius / onerisq sp rebus scōis. Ex bergis octobris . xi. tarde dum iam rebus dederat sopor ocia fossis.

Ad studentē interrogando habitudinē sui concurrentis.

Boni vini ciphos plenos/letosq haustus pro salute. Audio te amice dilecte in achademia tua vbi disputationes/ scholasticiq congressus agūtur. habere cōcurrentē qui tantis argutiūculis plenus est: vt veritati vel plucenti cedere nesciat/ q qz tātis fallaciarū psu tijs innodatus ē: vt nisi tormētatū sit talē bre: q doctores ipos nō plurissfacit: q pygmeos hercules. Rogo te ex pectoris intimo fonte facito me huius rei certiorē de qua nihil tecū amplius agā mltaq in calami ꝯcauo latentia manebūt: q nō affluere pmittā donec me tuū rñsū meminisse videbo Va. ↄ si qd velis pcipe. me sp hēbis me metipo relicta tua vota sequētem. Nihil plus/ qz festinus. Occupatio ē aīca silētio. dicoq etiā cū symacho. Piget ī eplis eē plixū.

Responsio ad epistolam precedentem.

Non vini ciphos pauculos/ sed ipm totū vas plenū ↄ magnū loco salutis. Inspato hic nūcius interprādendū me aggreditur (amice fidissime) q dum eodē tpis pūcto veniēs/ abiensq salue piter valeq dixisset: vix potuit precibus flecti q puo momētulo sisteret. Breui igitur verbo accipe hūc meū (de q loqueris) ꝯcurrentē nō tā viribus pectoris/ q oris valere. Sz scis q suis sepe telis ligua indocta succumbit: leporē citius ceperis tinpanis et tubis/ q eundē tacere coegeris. qui ipa loqcitate loquatior est: q etiā vinoꝝ acutus censorē Nouit eni egregie discernere: cuius vini fumus gratiores nebulas cerebro infundat. Quo verbo habes quod queris. Nihil tamē mihi moleste aufert: neq ab hoc me peto fasce leuari. Arguimus disputamus: altercamur: lis manet in vocibus ipis/ hac lite scholastica crescit/ atq conditur amor. Arma enī eo splendescūt clarius quo confrincantur fortius. sed (vt me vnico verbo absoluā) nil ad huc argutiunculis suis in me efficere potuit amplius quā solent hi q in cineres sufflant quo pulueres prios in oculos excitent. absceditq semp ex disputatiōe (more circuli) voce attonita pfulsa ↄ querela. Vale gaudio multo et plausu iocundo.

Suadetur studēti vt legibus incūbat. poetrie

Cordialissimas in oīa vota salutes. Video /studijs omissis.
ex lrīs tuis graui oratōe ꝯpositis: in q̄ꝝ ꝯpositōe multū tpīs indi-
co fuisse collatū ꝙ arti poetrie incūbis. ex q̄ flosculos colligꝫ ⁊ alie-
nis te plumis tacito autore coronas: cꝫ ingenij almi sit/hūaniqꝫ
pudoris signū (si plinio credim⁹) nō velle tacere q̄ ab alio didice-
ris: nec in tua messe aliena grana ꝯferre: cui poetice ideo te meo iu-
dicio implicas/non vt melius habeas: magis sapias: aut rectius
viuas: sed potius vt ornatius fabuleris Audias (velim) vtiliter q̄
dicam salubriter/hāc mihi de te firmaui sententiā nō satis te legū
pondus inspicere: que integrū hominē exigūt. Si vis igit̄ in statū
exurgere (ad quē cuncte generose mentes aspirāt) ⁊ dignitatū noīe
assequi ⁊ honores/omīa ista poetica a te seiunges: ⁊ sacras illas le
ges tibi condes in pectore / vt tandē te/turbāqꝫ fratrꝫ tuorum ab
egestate defenses. Dum autē doctoratus insigne nomen habebis:
poteris tunc (si sic libeat) fulcare musas/que tn̄ opes spernūt ⁊ an-
tra ⁊ nemora querunt. Silua placet musis/vrbs est inimica poe-
tis/autore petrarcha. Camene ⁊ nymphe iam iacent vidue atꝫ nu
de. Sed forte allegabis mihi illud virgilij. nec te peniteat calamo
triuisse labellum. Parui hoc habeo: quid de fabellis suis senserit
virgilius qui iam neglectus iacet: humiqꝫ prostratus. pieridū cho
rus cecidit/omnis castalij ⁊ heliconis decor abscessit. Fugerunt ꝑ
nasi a vertice nymphe/poete voce/sonoqꝫ carent atqꝫ rauciscunt.
Difficilis est euersis repetere statū/vel lapsis in culmen ascendere
Legiste in solio sunt/regnant ⁊ ceptra imperialia gestant. Vale:
pro viribus enitere: vt legum doctrinam consequaris gradiendo
semꝑ virtutis per semitā/raro licet pede signatā. Quod si feceris rē
ꝑstiteris tibi salubrē/mihiqꝫ gratā atqꝫ acceptā

Ad epistolā precedentem responsio

Salutes oēs q̄s tenet polus/hum⁹ aut pelagus. Sūma cum ve-
neratione ⁊ litteras tuas charissime vir simulqꝫ tuū cōsiliū sequu
turus accepi: qui mihi statui: studijs humanitatis pro ꝑcipuo stu
dio me insistere nolle. Satis mihi erit si poetice artis nō fuero pe-
sus ignarus/qui maiora molior. volo enī rerū non verboꝝ studio
tempus impendere. nec opto gloriari eloquio vel dulcedine ꝓrij
cautus delectari. omnes tn̄ ꝯsodales mei interdū quodā recreatio
nis conductu/poetice arti incumbūt: quā omniū hominū ꝑdicant

specimen esse decoꝝ idcꝫ nobis ordinariꝰ noster legũ doctor amo//
re sincero consulit: qui ita loquitur: ac musas ipsas latine loqui au
dires Tu etiam clare monstras epistolis tuis/ ꝙ in hac arte eminẽ
ter floruisti: qui tam facilem orationis obtines cursuꝫ/ quasi ex na
tura ad hanc solam eloquentiam factus ipse videaris. Et qui poe//
tas omnes occubuisse narrasti: eoscꝫ rauci sonos factos omnescꝫ
musas latere sub antris/ eas tamẽ oĩes rursus tua epistola redu//
xit in lucẽ. nunq̃ꝫ enĩ eam eplaꝫ depinxistis inuitis aut absentibus
musis: nymphis atcꝫ camenis nunq̃ꝫ ita luculenter ornate/ graui//
terque scriberes: nisi tullius/ virgilius ⁊ similes te totum posside//
rent: qui sermonem tuũ venustate ornas verborũ et cõspergis flo//
ribꝰ. Ad hec certe me trahis verbali quodaꝫ dulciloquio/ a quibꝰ
me arceri litteraꝝ sensu conaberis. Nunq̃ꝫ poete iacebunt. nunq̃ꝫ
virgilij morient honores. ornata semꝑ stabit camena viuis ederis
⁊ musa lauris. Quod igitur interdum poesim videam: sententia
mea est quaꝫ mutabo si dissentias. Sed plane cur dissentias expli
ces rogo: quãuis eĩ autoritati tue oĩa tribuã: rectius tamen arbi
tror ratione qꝫ autoritate supari. Uale ex louanio raptius nunq̃ꝫ:
clamor nũcij calcar dat. hore labunt. cadit sol/ ⁊ duplicat vmbras
parat se dies cedere nocti.

Alia rñsio suꝑ eadem in aliam tamẽ sententiã.

Immortales secluso tempe salutes. Jam clare video (colende pce//
ptor) ꝙ festinãtia memoriã tollat: ꝙcꝫ nihil eque festine ac medita
te facimus. Dum hesterno die ex tempe ad te lras darem: ex memo
ria cecidit quod omniũ maxime mihi corde fuerat visus es tuis lit
teris innuere: non esse pudici ingenij vti verbis aliorũ/ expressione
actoris omissa. Habes forte in hanc sententiã plures/ horatiũ scꝫ
senecam/ petrarcham/ ⁊ similes qui nõ secus scribi volunt ac apes
mellificant: qui lectos/ nõ seruãt flores/ sed mutant: transformãt.
⁊ in mella cõuertunt: voluntcꝫ vtendũ esse ingento alieno/ sed ab
stinendum verbis. illa enim similitudo latet/ hec eminet. Turpe
est (inquit seneca) viro captare flosculos/ et votissimis se fulcire vo
cibus/ ac memoria stare/ nõ inuentione. Sed ex aduerso innumeri
sũt: qui alienis vtunt autori tacito (dicẽtes vsucapionẽ tam in vo
cibus et in clausulis quam in rebus cadere. Suffecerit pro omni//
bus allegatus virgilius/ qui ex homero inuentionem/ ex lucretio
verba fert suscepisse. Nã ex q̃ tria narrãt ĩpossibilia/ vl ioui fulmẽ
vl herculi clauã/ vl stilũ homero sbtrahere. Fulmẽ enĩ iacere nemi

nem deꝫ nisi iouem. inluctabili inuincibiliqꝫ robore certare nemi
ni vnquā (qm herculi) adscriptū est. Canere aurē (vt cecinit home
rus) videt impossibile cuiqꝫ secundo. Uirgiliꝰ certe ita versus ho/
meri imitatus est vt transferendo / que prior vates cecinerat: fecit
vt sua esse credantur: cui hoc ipo perpulcro facinore ascribitur: rem
immensa gloria dignam fecisse: ac ioui fulmen vel herculi clauā ex
manibus excussisset. Cui virgilius tam dulcis fuit homeri imita/
tio / in quem tam attente oculos inuexit vt ⁊ in versibus vicia (que
a nōnullis imperitus reprehensa fuerant) ex industria sit imitatus
(autore macrobio) qui contra tuam sententiā virgiliū tam alta in
specula locat: vt nullius laudibus crescat: nullius vituperatione
minuatur. Finem do. veritus ne amicas obtundam aures: si fuero
prolixius ineptiloquio immoratus. Uale atqꝫ quod voles preci/
pe / oculū quoqꝫ mihi effodito (vt apud plantū est) Si vllū verbū
faxo: nisi quod ipe iusseris.

Amicus rogatur vt adolescentē conducat. quo bene scribat atqꝫ erroris arguitur cū insertione nouoꝝ.

Salutes felicissima sorte decoras. Qd in processione iam pisien.
me non vidisti (vir luce mihi dilectior) nihil aliud fuit in causa qm
curruū inopia / ⁊ hoc iā tpe venire mihi non est integrū / nam alio
trahor pollicitꝰ. Et nihil duco antiquius fide. Scripsit ad me ne/
potulus meꝰ stilo satis cōposito / sed rudi caractere. Age queso vt
fiat bonus calamo. de bonitate picture loquor atqꝫ figure. In scri
ptore enī siue litterarum ornamine / omnis virtus languere vide
tur. Elucescit enī omne dictamen si litterarū pulcritudo accesserit:
placentiqꝫ vsqꝫ mentibus ⁊ oculis hominū se offert / si sit splendi/
da lrāꝝ forma cōscriptū. Deformia enī ⁊ incōposita nemo probat.
Laboret igitur vt inter scriptores emineat: nec in scribendi veloci
tate letetur properata enī / formā debitā non assumunt / nec quicqꝫ
recte festinātia gerit. Ceterū ei pauperrimū virū cōmendaui: vt ei/
dem in dei honorē patrocinia ferret: a quo denarios extorsit. vide
rit ne indignetur creator omniū eos contemni: qui suo noīe opem
querunt. Arguas queso eū multa verboꝝ acrimonia / ne amplius
lachrymas pauperis vilicissimi spe lucelli ɔtēnat. Preterea peti/
uit famulus tuus / vt statū domus mee / tibi oēm pscriberem. Fra/
ter meus senior vir armoꝝ est tanta audacia ⁊ robore / vt nō cede/
ret sorori achillis tam magno procero / elegantiqꝫ corpe ꝙ ob for/
mam dignus videtur si eternꝰ artꝰ haberet: ꝙ ei iupiter ocio gau/

dens/iacieda fulmia daret/nō tam diligenter vellus aureum draco custodiebat/q̄ hic arma sua radiantia curat. aliqd magni de eo fertur. sed veritas adhuc nubilosa est. Secūdus frater omia dissipat/ quē si qn̄q redimo mox sicut sus/lota locione pacta sersus in lutum p̄ijcit. Junior diē proijcit/ nec amplius vescit aura/ iuit q̄ cūcta ferūt ⁊ q̄ rapimur oēs/ mors oīa tollit/ capit oī tell9/lōge sebre pustus est/ milleq mores pclusit in vna/ qui tñ meo in animo nunq̄ videt obijsse. ibi enī semp mecū est cuius vultus mihi semp relucet. dulcesq eius semp mihi arrident oculi. ita quoq sua verba iaz recenter mihi occurrūt/ vt vel ego videar secū alio migrasse. vel ipse hic mecū pseruatus cui pareat deus/ qui te sanū cōseruet atq valentem.

Congratulatur amicus amico. qđ receptus sit in seruitium regis/ ⁊ charitatiue admonet/ ne se amplexib9 misceat impudicis.

S. ⁊ rursus salutes/ innumerisq salutib9/comitatas. Spersit se hic loci nostri(amice/quo nō dilectior alter)de te mihi letissima fama/q tibi videlicet felix hora illuxerit/ que ad seruitiū serenissimi regis nostri/tuā p industriā te aduexit/ vnde nō parū tue pmotioni gratulor/ qui te semp habui mea vita cariorem. Quāq tamē cōstat amicicias regū nō esse pheñas/ sed petrarchā mentis reuolues qui cōsuluit vtendū fore dñis/ nō fidendū. Quod nō dñox cōditioni adscripsero./sed vicijs quorūdā curialiū/ qui quos virtute mirari nequeūt psequūtur inuidia/etrudere laborāt/ex dñox gratijs quos intimius credunt esse receptos. Tu enī illic pegrinus incola es/ tuis te curis/nō alienis inseres/ nec omnib9 oīa credas. Multi curiales(put hoīm varietas sit) diuerso thure sacrificant. Sed nescio quid p nebulam auderim/ te veneris illis angorib9 implicari/ qui hac de re longe mīus sapere videris/ q̄ egregius ille pictor appelles/ qui veneris caput de sūmi pictoris sui pollitissima arte pfecit/reliquas corpis partes(vt poete canunt)inchoatas rudesq reliquit/quasi hoc ipō significare voluisset/preter primā apparentiā in ipā venere/nihil esse decorū/vel sua arte picture cōdignū. Non etiā de nihilo sagax natura(si valerio credimus) vel potius oculis rosam(que flos veneris est) Jta pduxit/q sub eius purpura mltos aculeos texit/ quā etiā spinis armauit quasi psagire vellet natura/ in flore/ qđ asperitatis occulte subueneris blanditijs conte zatur. Satis sit dictū prudēti. rogo ne tediū faciāt/ que amica fide dicta

sūt. nō meū ē docuisse pallodē Uale ceruo viuacior/philomena letior. coruoqꝫ lōgeuior. Ex. N. april. vi. merso iā sole/luce dimota

Queritur causa cur plures dictiones huius libelli vario mō vt iā vno/iā alio impsse sint.

Ineffabiles amātissimo corde salutes. Uelle forte posses disertissime vir/ꝙ loco distantiore abessem! vbi tibi amoris ex me tantū/dē/sed moleste minus esset! sed cū abundas omni virtute tamen hac precipue ꝙ semꝑ habeas maximā in amicicia constātiā audētior fio ad te iteratas pces effundere. Meminisse te arbitror (amice fidissime) te nuꝑ mihi/animo pato/atqꝫ ꝑ benigno misisse eplarum codicem! cui hec noua impssoria ars caracteris formā ꝯtulerat. sed quia multa que orthographiā respectāt in his repio q̄ me facillātē ꝛ dubiū reddūt. Decreui rursus de pcibꝫ meis adire! ꝑcontande securitatis grā. Rogo igit vt hac me vacillatione leuare digneris. Inuenio in dicto codice multas dictōes varia sillabicatōe depictas Et vt (ex multis pauca attingā) repio qñqꝫ mihi ꝑ c! quādoqꝫ mihi lrā c omissa. sic nihil ꝛ mihi c posita/vl neglecta. Interdū iocūdus/vl iucūdus/ꝑ u vl o. Jā pulchrū vl pulcrū/h aspiratione posita vl omissa. Similiter nanqꝫ vl namqꝫ/non aliter cunqꝫ vel cumqꝫ ꝑmiscue ꝑ m vl ꝑ n sillabicet. Sic quatuor vel quattuor t simplici vel duplicata. Secutū vl sequutū ꝑ c vl ꝑ q. Nūc exsurgo/nūc exurgo/s seruata vl semota. Jā assum iā adsum/poni ꝯspicio. ꝛ siles dictiones mltas/memoratu prolixas. Rogo igitur mihi deuelare digneris/quid! sibi velit hec scribendi varietas cur q̄ȝ modus vnus idemqꝫ/arte vl vsu solidus/nō hic seruatꝰ est Suꝑ quo cupio vehementer! q̄d sentias/cognoscere! qđ si feceris magnū mihi/gratūqꝫ feceris obsequiū. Interea bonam ꝛ letā seruai valitudinem.

Responsio dans rationē cur multe diuerse dictiones in hoc libello/vario modo impresse sint.

Salutes diuersas/vno glomere ꝯnexas. Ut securius quiddā tibi (ornatissime vir) tua sꝑ vacillantia/de orthographia tu ꝑscriberem! plīmū verbi habui! cū eo qui harū sꝑ eplarꝫ impssioni vt ductor astabat Ex q̄ accepi hanc sillabicandi varietatē nō temere/nō casu/nō ignorantia ꝓdijsse! sed certa ratiōe/ꝓpriuioqꝫ decreto/qui cunctis oculis pcauere studebat! ne in vnā ꝑtē potiusq̄ȝ aliā inclinatior notaret. In ea pcipuere/ vbi ex equo ponderead varias ꝑtes tractatio est. vbi videlicet ars ab vsu discrepat! vl vsus ab arte dis

ſideat/vel vbi artis cũ arte/vł vſus cũ vſu vel opinionũ pugnan-
tia eſt. Nam quis modus neruoſior eſt: vt dubiũ repit/ſic dubiũ
reliqt ⁊ pari pacto ꝙ eplē nõ vno ſtilo decurrũt (vt in eaꝝ miſſione
ad te ſcripſi) ſic hec ſillabicatio iã vno iã alio nõ ꝯficiť: ne ſi vna ꝑ
te reiecta in aliã ceciderit: iã eos habeat/qui ſemꝑ ſibi ſint infeſti.
Uaria varios delectãt. nõ voto viuiť vno. Sepe etiã eoſdẽ cibos
edentibꝫ (ſi gregorio credimus) diuerſitas placuit actõis Sed vbi
ſtudioſe ꝑquiris: hac ſuꝑ re: meuꝫ iudiciũ in cinerẽ algendũ ꝑflaſ:
vbi ſcintillaꝝ inueneris nihil/nec caloris aliq̇d. Ut exigiť modus
melior ſit: quo has dictiones nihil ⁊ mihi: vł ſeruata c littera vł ab
iecta ſcribimus: vt diffiniã nõ expecta: vetuſtas forte c lr̃a nõ vtiť.
Leonardus tñ aretinus (non futilis autor c poni ꝯſulit teſtes ad-
ducens dantẽ petrarcham/bocatiũ ⁊ collutiũ ſalutatũ. Uſus enĩ
(vt idẽ inquit magiſter ⁊ dñs) ſermonis eſt: adeoqꝫ imꝑioſus/vt
ratione reiecta ſolo arbitrio moueať. ſimiliter pulcer ſepulcrũ/⁊ ſi-
miles/an aſperationẽ ad c lr̃am admittant/nõ laboro. habet hoc
vetuſtas. ſed Priſcianus prohibet. Idẽqꝫ vir acuti ameniqꝫ inge-
niꝫ Gaſperinus. De adſum vł aſſum/adquiro/vł acquiro adquie-
ſco vł acquieſco: ⁊ his ſĩlibus nõ habeo quid elegero. Non deſunt
tñ qui inter duo que eque libere dici poſſunt id ducũt ornatius/po-
litiuſqꝫ qđ vident rariori lingua ꝓferri. Sed quid (queſo) arte ſe-
curius/q̇d rurſus vſu eſt tritius/quẽ penes (Oratio teſte) arbitriũ
eſt: ⁊ ius/⁊ norma loquendi Fauorinus vir ornatiſſimus idemqꝫ
doctiſſimus p̃cipit: ꝙ moribꝫ viuamus preteritis. ſed verbis vta-
mur pñtibꝫ: ſi ratõnes omniũ ꝑcurrere velim: liber mox fiet idẽqꝫ
maximus. Sed age vt libet: ⁊ (vt oĩa verbo claudã Ciceronis)
perinde eſt vt acceperis. Uale forte felici ⁊ omine fauſto.

Exarate ſunt he formule. Karoli. Anno dñi: M.cccc.lxxxx.
Kalendas deniqꝫ Februarij duodecimas.